



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

Carmen Aggratulatorium in Nucleos, Insignia & dictum Domini Auctoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Subn
Gen
C

CARMEN AGGRATULATORIUM
in Nucleos, Insignia & dictum Do-
mini Auctoris.

DVm gratulari, de Nucleo tibi
Nitor, medullas sollicitat pavor,
O cha e Mecænas, labantis
Præsidium columenque juris,
Nam quo volantem, te vigor ingenî
Rapit? quid audes? pangere Nucleum?
Quid ille? sanctum fas & æquum,
Et niveas, sine rabe leges
Intaminatae justitia sapit,
Infixa vis est huic sapientiae,
In arduo quæsita clivo,
Pegaso mage præpes vngue:
Quæ cæterarum jus agitantum
Scientiarum, præterit orbitam,
Mortalium hæc omnem potentis:
Vis Nuclei capit ampla sexum,
Hæc subditorum colla, proterviæ
Inflata cristi, temperat, & jubas.
Debellat effrenes minacis
Iustitia dominante loro;
Vis illa Regin, juraque Cæsarum,
Crumque normas, Pontificum tenet
Decreta, legesque & statuta.
Hæc Nuclei Capit una magnos.
Virtus Monarchs, ut sibi subditos
Agant sub æquum iustitia jugum,
Informat hæc gentem subactam,
Colla libens animosa frenis.

Subs

Submittat Astrææ, hac sine turbidiss
Gentes & oræ seditionibus,
Cum & quæ tempestate Martis.
Belligerâ, quaterentur urbes,
Martem parentum dira gementium
Lamenta, planctus, & genitius retro,
Eusæque certatini querelæ;
Irrigo sequentur imbre,
Arderet ingenio, hoc sine nucleo
Tumultus orbis, qualis in improbo:
Nutritus inferni Camino,
Dissidiis quatit horror umbras,
O mira parvi gloria Nuclei!
Quæ digna tandem Pyramidum jugis?
Per astra juro mentis index
Hic Nucleus generosioris.
Sed hem stuporem frons Aquilæ, & jubat
Eugat Leonis, quæ duo symbola:
Tuentur aucto[r]u, relatas,
Ex geminis Nucleus coronas,
Nempe Imperator quadrupedum Leo
Robustiorem denotat indolem,
Sagacis at mentis revelat
Frons Aquilæ manifesta signa,
Sic hunc tenacem iustitia virum,
Non Zoilorum rostra furentium,
Non dira feccarum Caterva,
Mente quatit solidâ, nec Auster,
Nam non subactis, ingruit efferus
Ebor Leonis, terrificos vibrat
Vngues, in excelsi tumoris
Corda, truci tumefacta flatu,
Emblema sanctæ iustitiae Leo,
Gerens sub acri, fortiter vngulâ,



Hinc, ut superborum præterus
Colla domet, subigatque victor,
Assurgit altè, turbidas horridos
Fulvam per armos concutiens jubam,
Erumpit in cætum rebellem,
Fulmineo metuendus ore,
Regina vero pennigeri chori,
Gerens sub uncis suæviter unguibus,
Pacata disponit, *Leonis*,
Hæc rabidi moderatur iras;
Sic Nuclei pars prima, rebellibus
Intentat æquas *Iustitiae* minas;
Sic flamma vindictæ, prioris
Quam Nuclei male spirat ultrix.
Pars in rebelles, Nuclei ab alterâ
Parte allevatur, quæ jubet inclytæ
Amore virtutis, piarum
Dulce jugum subiisse legum,
Quid ergo mirum, cum *Leo* reboris,
Cum stipet ales te sapientiæ,
Emblema te tales gemello
In Nucleo, pepigisse leges,
At at sequentis, quid *Nuclei* labor?
Humanæ suadet linquere, gaudia
Fucata conculcare mundi, &
In superas penetrare sedes,
Perlustrat oreum, tertius hic labor,
Virtutem in alto collocat esedo,
Furgantis investigat antri
Supplicium, scelerumque poenas,
Ac tandem, in arces nititur igneas,
Victoriosos ætereæ domus,
Cantans triumphos, & beatos
Cælicum sine fine plausus:

O perse

O perge tantos edere legifer
Mundo labores, Fortis er ut Leo,
Perge usque, vietricis domare
Iustitiae capita alta loris;
O perge promptos perge age suaviter
Astræ habenis subdere vertices,
Sic te triumphalis manebit,
In superum regione laurus,
Sic fulgurantem te face siderum,
Stupebit Arctos, rhedaque gloriae
Migrabit in terris ad ortum,
Solis ab Hesperio cubili.

Honoris & benevolentia ergo, hujus Nuclei
Authori applaudebit studioſa Iuventus
Carolina ſchola oſnabrugensis.

ALIUD

In Doctissimum TRIUM NUCLEORUM
Auctorem, & translationis NUCLEI
MYSTICI, in Linguam Germani-
cam, Zelosum Promotorem.

LEGIS DIVINÆ, NATVRALIS, PO-
PVLORVM,
HVMANÆQVE Simul, NVCLEIS bi-
MARGHIE, firma
Fundamenta doces, brevis es, obscuraque vitas,
Omnia rite probas, Auctorum aut Nomina si-
gnas:
MYSTICVS & NVCLEVS, suavi mo-
dulamine versus,

LECTO.

perge